Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Nichil in istam singularē natiuitatē de carnis concupis
centia transiuit. nichil de peccati lege manauit.
R. Beata dei genitrix maria cuius uiscera intacta per manent
hodie genuit saluatorem seculi. V. Beata & uenerabilis uirgo
que sine tactu pudoris inuenta est mater saluatoris. Hodie.
Virgo regia dauitice stirpis eligitur que sacro gra
uidanda fetu. diuinā humanāq; prolem prius conci
peret mente quā corpore. Et ne superni ignara consi
lii ad inusitatus pauere effectus. qđ in ea operandum
erat a spū scō. conloquio discit angelico. nec dampnū
credit pudoris. di genitrix mox futura. Cur enim
de conceptionis nouitate desperet. cui efficientia
de altissimi uirtute pmittitur. Confirmat creden
tis fides. etiā pcurrentis adtestationē miraculi. donatq;
elisabeth inopinata fecunditas ut qui conceptum
dederat sterili daturus non dubitaret & uirgini.
R. Beata uiscera marie uirginis que portauerunt eterni patris
filium & beata ubera que lactauerunt xpm dominum quia
hodie pro salute mundi de uirgine nasci dignatus est.
V. Dies sanctificatus illuxit nobis uenite gentes & adorate
Verbum igitur dei filius. filiꝰ dominum. Quia
dei qui in principio erat apud dm̄ p quē facta sunt
omnia. & sine quo nihil factū ē. ppter liberandū ho
minē ab eterna morte. factus ē homo ita se ad suscep
tionē humilitatis nr̄e. sine diminutione sue maiestatis
inclinans. ut manens qđ erat. assumens qđ non erat.
uerā serui formā ei forme in qua dō patri ē equalis
uniret. & tanto federe naturā utramq; consereret.
ut nec inferiorē consumeret glorificatio. nec superio
rē minueret adsumptio. R. Sancta & immaculata uirgi
nitas quibus te laudibus referam nescio quia quem celi
capere non poterant tuo gremio contulisti. V. Benedicta tu
in mulieribus & benedictus fructus uentris tui. Quia quē.